

2.

PLAVSVS ελεξιδάκρυοι

seu

LÆTITIÆ REDVCS
REVERENDISSIMO ATQVE SERENISSI-
MO DOMINO AC PRINCIPI

DOMINO FERDINANDO

ARCHIEPISCOPO COLONIENSI, S. R. I. SEPTEM.

*viro Electori, & per Italiam Archi-
cancellario, &c.*

Cum post inexpectatissimam & luctuosissimam mortem Reue-
rendissimi item & Serenissimi Domini

D. ERNESTI ARCHIEPISCOPI

*Aeternæ & gratissimæ memoriæ principis & desideratissimi
patruī*

*Ad 3. Idus Aprileis, magno cum immortalium favore, incredibili
cum mortalium gaudio,*

EPISCOPATVS MONASTERIENSIS
*Gubernacula feliciter, fauste, fortunateq. capseret, Omnium gratu-
lantis & exultantis patriæ ordinum nomine.*

Optimo atque expectatissimo Principi

SCRIPTAE

A Gymnasij Paullini Societatis Iesu Discipulis.

MONASTERII VVESTPHALORVM

Typis Lamberti Rassfeldij.

Anno M. DC. XII.

PHOENIX BAVARICVS.



*Actenus Eo tellus circumflua ponto
Protulit, attonito rediuiua ad semina mudo,
Sidereo cristat am apice, arcanaq; vibratem
Fronte iubar, Tyrio pictam crura alta veneno,
Ceruleis generosam alis, quas plurimus auri
Fulgor, & Assyrij decor interludat honoris,
Imo parem superis volucrem, quæ nesciat cui
Detrimenta grauis, squalescens emq; senectam,
Fnter odoratas feliciter exuat herbas,
Cognatig; ultro Phæbi cines facta calore
Fntegret elapsos membris redeuntibus annos:
Sed noua nunc BOIÆ Phariarum transdidit ora,
Semina alituum, fortunatamq; remotis
Ex Arabum regnis gelidam traduxit ad Arcton
Titanis volucrem, & Phæbi melioris alumnum
Transcripsit BAVARIS, felix Hyperionis astrum,
Qui non Rhæteo tantum colat adsit a cælo
Climata, Germanis Istbri conterminus undis
Sed nullis finitus agris fecunda propaget
Semina, & extremas Boreæ frigentis in oras*

*Inferat affinem cæli de sedibus ignem.
Nonne recens magni patiens incendia solis
Auricomus PHOENIX, cælo gratissimus ales
Virtutum egregio decoratus honesta mento,
Fatale inscendens media inter aromata bustum
Suffecta viuas animavit prole fauillas?
Nōne sui Mimigardiacam magnū instar in urbem
Fecundo enatum cinere, & vit alibus auris
Afflatuq; Dei transfudit? & inde propinquos
Teuteridum complexus agros, felice beavit
Pignore, Reliquias de parturiente daturus
Heredemq; rogo, qui non communibus ortus
Auspicijs Patruī pariare assuescat honorem,
Non HV MILI veniat prognatus origine, terræ
Filius, & nullis maiorum in glorijs ausis:
Sed cæli propiore petens conuexa meatu,
Aërios tranet super omnia nubila montes?
Qui sublatus humo clangentibus æthera pennis
Diuidat, & summo collis se vertice condens
In consanguineo cupiat pubescere lecto,
Qui virides Palmæ flores, & digna coronis*

Robora

Robora olympiacis, acie iaculatus amica
Præsumensq; aliquod genitali è fronde brabeium
Attonitam liquida mulsus dulcedine mentem
Letus ita erūpat: salue nostræ indolis arbor
Magnatum genitrix, facilis sat a traduce cœli,
Aurea florigeris radiat quam bractea ramis,
Vitreus æterni quam propter fluminis undat
Alueus, eximijsq; docet sobolescere gemmis.
Teneq; præcipites vellent radicibus imbres,
Flabra nec Æoliæ sternent decumana procellæ,
Non tibi sese habitæ Graijs oracula quercus,
Non teneræ anteferant myrti, non enthea laurus,
Nulla peregrinis arbor preciosa volemus
Coryciji quamvis Phæacum surculet hortis.
Tu mihi numen eris, tu tu mihi fata sonabis,
Maiores habitura Duces, serosq; Nepotum
Morte obita cineres folijs tectura beatis.
Tu factu ex magno scrobibus demissa profundis
Non protrituros genitalia semina calces
Spernis, & elato contingis vertice cœlum.
Aspice, vicinæ tibi densa cacumina siluæ

Summittunt Dominae, famulosq̄ in cernuaramos
Fncuruant genua, & truncum venerantur herilem.
Fille meus, meus ille, tuo qui in culmine bustum
Erexit, meliore animam splendore reformans
Sparsit odoriferâ, flamant inspirantibus astris,
Natalem de messe pyram, monument aq̄ ponens
Posthuma, fetiferis posuit vestigia ramis,
Eia ego succedo, & patrijs virtutibus vsus
Collatura novos incendia posco vapores.
Has inter voces, media inter gaudia, montem
Scandat ouans, patrumq̄ alacri clamore salutet.
Quis mihi nunc generosa Deus, quod aromat a numen
Expediat, quibus AVGVSTO DE SEMINE PHOENIX
Prodit, & immisso rubicunda per ossa calore,
Pulcrior egreditur geminae confinia vitæ
Successu vnus reparans? quid dulcis odorem
Ambrosiæ, Tyrioq̄ halantia munera rore,
Eoasq̄ Arabum messes, Panchæaq̄ dona,
Turaq̄, spirantesq̄ crocos, spicasq̄ Cilissas,
Rhenomenosq̄ imbres, spirantiaq̄ unguina narrem
Virtutum struices? quid præcellentium auit am

Herodum aggeriem, & fidei bene olentis aroma?
Quid per odoriferos fragrantia nomina ramos
Induperatorum veterum, Regumq̄, Ducumq̄,
Atq̄ Megistanum, præclarorumq̄ virorum
Deterere ingenio laudes opus? omnia mundi
Compleuit loca Boiugenum de semine sanguis.
Hic Primus generis pater Illustrissimus alti
Magnanimum ostentans clupeo fulgente Leonem
Amphitryoniaden referens ALEMANNVS odorem
Indigetum spargit succenturiatus in album,
Hic LVDOVICI acres genus insuperabile bello
ERN Estiq̄, grauiq̄ omnes virtute GVILHELMI
Imperio nati Proceres; hic quinque fragrantem
ALBERTI casiam spargunt: it celsior illis
QVINTVS auus FERNANDETUUS, basis illa ruëtis
Imperij, & fidei vindex; hic ille RENATAE
Coniugio felix cana pietate GVILHELMVS
Imnumeris grauidus meritis fessusq̄ senectæ
Norma DVCVM nihil euarians: hic MAXIMVS ille
Æmylianus habet suprema cacumina palmæ
Boiugenum columen, veterumq̄ imitator auorum

Hic

Hic fragrat Albertus fideiq̄ assertor auit
N nomine Auum referens decora immortalia spectat.
Hic TV tantorum cinerum NON DEGENER ALES
Vestitus Patruī plumis cœlestibus exis
Ominibus, mitramq̄ polo plaudente resumens
Fronte micas, flauoq̄ super dite scis in auro.
Nontam magnifico fuluus Iouis ales honore
Rubra Panomphæo famulatus tela Tonanti
Fulgurat, ut radijs tua frons scintillat, & aureis
Fnsignita notis volucres supereminet omnes,
Os humerosq̄ astro similis, cui Phœbus amicos
Afflat agens radios, & multa luce serenat.
Ecce tibi summo de vertice fundit honestum
Lumen apex, cœliq̄ oculus stellantis imago
Sole lacepsitus splendorem ad sidera iactat.
Æterni vis illa Dei, VIS ILLA POLORVM EST
Quæ FERNANDE tibi, manifesto lumine mentem
Lustrat, & arduas tua per præcordia flamas
Virtutum insinuans, Iustiq̄ Æquiq̄ tenacem
Pellucere facit, labiq̄ ignara pudenda
Cœlitus empyreis succendit viscerat ædis.

Ac veluti offensâ referitur imagine Phœbus
Præstringens aciem, defixaq; lumina telo
Verberat igniuomo: sic & tua spicula, & illa
Quam late spargit maiestas incluta, Virtus
Aspectantum oculos hebetat, nec condita cæcis
Delitet in tenebris; sed toto didit a mundo
Excitat attonitas ad candida fulgura terras.
En tibi, diuersa cæli regione profectæ
Innumera glomerantur aues, circumq; supraq;
Applaudunt pinnis, lateq; sonantibus alis
Pollicitæ obsequium, tibi se seruire fatentur:
En Cleri Proceres, en nobilitatis honora
Lumina Vestfalicæ, circumstipantia pronò
Pontificem officio, summam comitantur ad ædem;
Ecce Magistratus populi moderator, & Urbis
Prætextatus adest, plebe acclamante, Senatus
Atq; utroq; tuam dilaudat pollice mitram.
Maiestas virtusq; trahunt, decor aureus oris
Allicit, & cara iuuat vsque in luce morari
Auctoris tantorum operum, obtutumq; videndo
Pascere, & increpitum spectando condere solem.

Fortunate Ducum, felicibus edite nostræ
Auspicijs terræ, tellus cui Dædala flores
Summittit venienti, hilari quem fronte Napeæ,
Et comæ in lucis venerantur Oreades altis,
Naiadesq; undaq; omnes, quem lumine vestit
Æther purpureo, seræ cui candida vitæ
Stamina concordigirgillant numine Parcæ,
Quem genus heroum fuluisq; aurat a metallis
Longa Patrum series illustri sanguine ducta,
Quem sua nobilitat Virtus, quem purior icit
Verberibus Titan, felix quem arbiter orbis
Defunctum Imperij curis, fessumq; Tiaræ
Sedibus adscriptum superis, & candido amictum
Sidere, perpetui radiabit luce decoris.

Theodorus Hermannus à Merfeldt.

SOLENNIS INAUGVRATIONIS SACRÆ PANEGYRIS sermo Epico contexta.

Quasi sol refulgens sic ille effulsit in
templo Dei. Eccl. L.

Cum Tartesiaci de uexo margine ponti,
Abluit Oceani emeritas sub fronte Capronas

Phæbus

Phæbus, & erecto currum temone supinans
Humentim obtexit mundi confinia palla,
Orbis inhorrescit tenebris; damnat aq̄ sole
Ingemit obstipæ circumdata noctis amictu
Terra parens; læta protrudens cortice gemmas
Pullare formidans tetræ velamina Diuæ,
Frondentium calyces ramorum contrahit arbos;
Candida odoratis quæ pingit floribus hortos
Chloris, & halanti vestit zephyritide campos
Marcida, florigeræ deiecta cacumina frontis
Deijcit, & crasso obducit sua cyttara libro.
Sed prorupturis rutilant cum marmora flammis,
Et noua venturo disponitur orbita Phæbo,
Oceanusq̄ alio latè Titanereclusus
Roranteis euoluit equos, atq̄ igne tumescit,
Omnia nocturnas velut eluctat a tenebras
Luce noua exultant, & caligantibus umbris
Euestita, caput tollunt, ac suppare plausu
Assultant reduci manifesto in lumine soli.
Non secus, infestis cum Patruus obrutus umbris
Magne DVCEM FERNANDE, tuus, nocte occidit at ra

Cum lux imperij nigranti condita fulcro
Occubuit, duris fatorum exstincta tenebris
Westfalis ingemuit lacrymis stillantibus ora,
Singultansq; animam mœstissima suspiravit,
Et trusura foras luctantem corde dolorem
Lugubria in resonis inclamans funera templis
Libavit tumulo gemitus & inania vota.
Nunc quia tu scissæ rumpens amicimina noctis
Sol nouus ingrederis, nullaq; superstitie nube
Diffundis radios, refugo pallefcit amictu
Cæca Dea, & pulsas spissi fugat aëris umbras:
Nam tua lux animis illucens funditus omnem
Cispellit nebulam, & multo omnes sole serenat.
Eccereuertenti letentur ut omnia Phœbo
Solenni q; iterent noua prosphonemata plausu:
Fpsa coronato erugans diademate frontem
Gemmistuisq; ambita notis plaga Westfalis ardet
Assultare Duci, & præsigni occurrere pompa.
Fpse tibi illimi fusurus limpida fonte
Flumina Westfalidum magnus regnator aquarum
Cyanæis confestim humeris circumdat amictus

In solitos, quos pulchræ vdis neuere subantris
Alphæides, molli ducentes stamina musco
Et Mimigardiaco saturantes murice telas
Discreuere nouis filamina glauca figuris;
Assistunt natæq; omnes, omnesq; propinquæ
Naiades, & magnis mutant anfractibus aluëos
Oræ omnes formosæ, albis in vestibibus omnes.
Ipse petiturus socij consortia plausus,
Ceruleus Amisis maiori currere ripa
Incipit, & vitreas Alphæ diuertit ad undas
Præsulem odorato meditando conspergere nimbo.
Ipse etiam siluæ virides summittere frondes
Et curuare suos certant in gaudia ramos.
Postquam in Metropolim, & summi Sacraria tēpli:
Vnde sacros primum fas est attollere fascēs
Et capere imperium, lætam ducere per urbem
Inter honorantium plausus voceq; canentium
Qua volucres sinuante pedes vectabere manno
Omnia suspensis ridebunt compita sertis,
Quaq; per armatos figes tualumina vicos
Nobilium latè circumgyr abere pompa:

Vndiq̄ fulgentem iacent arma aurea lucem,
Vndiq̄ vocalis plaudentibus adsona nymphe,
FERNANDVM ingeminans, iterumq̄ iterumq̄ sonabit,
Pulsat æq̄ dabunt sonitum clamore plateæ.
Postquam introgressus sacrati limina templi,
Viua serenat æ diffundes fulgura frontis,
Omnia inexhausta resonabunt atria pompa,
Paullinæq̄ bases, picturatumq̄ lacunar
Sanctæq̄ turicremas spargent altaria flamas.
Parte alia vero albati longo ordine mystæ,
Dulce melos reddent, atq̄ acclamantia verba,
Solemnemq̄ sacræ te sistent ædis ad aram.
Aurea lucebunt festis laquearia tædis,
Natiuoq̄ tholi funalibus igne nitescent.
Ante omnes, armisq̄ grauis, curisq̄ fatiscens
Primum Antistes, deleniment a senectæ
Exspectans grauidæ, pomposo incedet ouatu.
Pone alij Proceres, stirpisq̄ heröes auitæ
Westfalicis Equites flos sanguinis illibatus
Dicturi Dominum, qui tantam flectere metam
Polleat, & veteris sit destina firma ruina.

Cum

Cum vero in media magnatum hinc inde corona
Ingrederere sacri arcanum penetrabile Senatus,
Numen anhelabit Paulus, fideiq; Proauctor
Ludgerus dio mentem lustrabit honore.
Postremo ruptas imitatur a tonitrua nubes
Sulphurea, ærato nitrum lambentia furno
Terricrepante frement magis iracunda fragore
Fulminis acta modo, magnoq; celerrima bombo
Machina dissiliens sonitu terreat abeno
Impulsu silicis: summis è turribus æra
Festare resultant communi gaudia pulsu.
Et sic magnifico plebs accinet omnis honori:
Fle ærugineæ scobis, & ferruginis atrum
Induperante ardore situm deterget, ut instar
Westfalico pietas in climate fulgeat auri.
Hæc tibi magna graues, FERNANDE, elementa tuorum
Præcludunt aditus operum, hæc exordia ponunt,
Tu modo sidere eum de nubibus exere vultum,
Et nouo inardescas radio, longeq; refulgens
Dide serenatam pulsa caligine frontem.

Ludgerus Guilhelmus à Raesfeldt Sassenbergen.

ODE

ODE EPÆNETICA IN SERM.

FERDINANDVM.

Nimbus Orion cum grauis ocia
Nerei molestat; post nitido polus
Vultu renidens, efferati
Bella maris fremitumque sedat.
Sic & quietæ pestifer inuidens
Tranquillitati nuper, & otio
Orcus, Dionæum subauras
Islebias vomuit ceraſtam:
Qui viperina flagitij lue
Turparet orbem, Colchica deſpuens
Venena, protriturus ære
Plus ſtabilem fidei columnam.
Igniret acres hæreſeôn focos
Fallace mendax mellis imagine
Ructaret amens concioni,
Mille dolos ſclerumque formas.
Humana Chriſtus fata videt, videt
Multos tremendam tendere ſub ſtyga;
Morſu Chelydri fauciatos
Teſiphones laniari ab angue

Quis

Quis occidenti suppeditet Deus
Orbi medelam? Splendida Bauari
Ad scepra conuersi, refrenant
Ire scelus celerans per omnes.

Horrenda quondam viribus Hercules
Portenta strauit non sine Theseo:
Sic principis iam Ferdinandi
It patruo comitata virtus.

Sic Boia gens, qua sol habitabiles
Illustrat oras, magnificos sui
Propagat Ernesti triumphos
Et titulos celebrat Nepotis.

Ergo superbo clangite V Vestphali
Syncharma plausu, pectine tangite
Eburneo neruos sonantes,
Dicite festum hilares celeusma.

Pulsate plectro barbita tinnulo
Chloris plateas florida vestiat
Siluæ maritent tecta, cingant
Fronde vias pueri, senesque.

C Hic

Hic dogma fraudis non docilis nouæ
Spectare, ab imis sedibus eruet

Hic VVestphalis priscum sacratæ
Restituet fidei nitorem

Potens lacertis Amphitryonides,
Comesq; Theseus mōstra domāt manu,
Ernestus vna & Ferdinandus
VVestphalię fera mōstra cædent.

Applaudit altō cœlituum phalanx
Et expetita latus adorea
Ludgerus ardet Ferdinandum
Gemmiflua redimire mitra.

Pedumq; defert, quo rabiem arceat
Pastor luporum, sauiam ab ouilibus.
Antiqua nostris spondet ille
Secula iam reditura teris.

Tu rebus agris affer opem, diu
Optatam, & orbem quis deceat status
Considera Præsul, cateruæ
Hæreticæ ducet et tremiscant.

Discantq;

Difcantq; quid mens alta quid indoles,
Nutrita Boijs sub penetralibus
Possit, quis acer Bauarorum
In reprobos animus sit hostes.
Sic Ferdinandi nomen in vltimis
Dicetur oris, qua Notus inuias
Syrtes acerbat flabro, & æquor,
Cit Libycum pedeturbulento.
Phœbeia solis fax vbi nascitur,
Vbi Hesperugo firmata languidi
Phœbi infecuta, iam occidentem
Hesperium trahit ad fluentum.
Longi timoris iam satis est, eat
Indignus horror: V Vestphaliæ datur
Murus, quis hostem pertimescat?
Quis fidei metuat ruinam?
Euax timoris iam satis est, eat
Indignus horror: V Vestphala dapfiles
Gens principi canens triumphos,
Dicat Ioter Io triumpho.

Ioannes VVirfelt Cossfeldiensis.

O procreatis sanguine Saxonum
Cretanda faustis lux bona calculis,
Gentiq; claræ Bructerorum
Triplicibus minianda seris!
Qua tam serena luce Diespiter
Alluxit orbi, quâq; Fauentia
Dudum expetitis Mimigrodam
Sideribus veterem beavit;
Quæ mortualem dispulit aureæ
Serenitatis fulguribus diem,
Atque in Nepote funerati
Vindicias Patruï rependit.
Qua Ferdinandum sanguinis inclytum
Heroëm auiti, & progeniem Ducum
Prolem Guilhelmi Ferdinandum,
Boiugenûm sobolem parentum,
Temone vectum Phosphorus igneo
Aduertit vrbi, quam pater aluco
Alpha irrigatam per strepente,
Diuitibus locupletat vndis.

Episcopalem Præsul vt Infulam
Mitramque Princeps, consiliantium
Suffragio, & consentiente
Arbitrio Procerum capeſſat.

Feliciorem lutea torrido
Matuta nunquam limite protulit
Mundo nitorem, pulcriore
Non pepulit tenebras amictu.

Nec blandiori crine repexuit
Vnquam caballos Delius alites,
Nec clariori Phœbus orbem
Exoriens face candefecit.

Eia explicatam exporrige V V estfalis,
Hac luce frontem terra, nec ambige
Quin maximum fit redditurus
Ingenio Patrum patrato:

Quid fluctuanti pectore ſpem tenes?
FORTES CREANTVR FORTIBVS, & Ducem
Quisquam Guilhelmum ſuſpicetur
Degenerem genuiſſe prolem?

Expende lustrī tempora nuperi,
Quando Verendi Principis Adjuua,
Ecclesijs tot Curiones
Menapijs dedit orthodoxos.

Tot à salutis tramite deuios,
Vitæ beatam duxit ad orbitam
Obrussa virtutis, sui que
Egregium paradigma Cleri.

Est par ferendis pectus honoribus,
Supra insolentis ludibrium Deæ;
Mens æqua rerum tem peratrix,
Quæ metui velitatque amari.

Reciprocantem non timet inuidæ
Rhamnusiæ orbem, non dubias vices
Sortis nouercantis, grauantī
Par oneri, imperioq; major.

Obnunciantes ridet haruspices
Dans **FORTITUDO** robur, & æs triplex
Nifuque spernaci ingruentis
Flustra iubet pluuiæ edomare.

Nar

Nat in verecundo ore Modestia,
Et maximorum gloria Principum,
Cum MITITATE gratiosa
Blandius Integritas renidet.

Inauguratus; vi superum tuæ
Antistes ædi, Te, Tua, viuidæ
Virtutis annifū premente
Mole sub imperij fouebit.

En vt reclusi per Vomitoria
Aurata coeli, maxima Præfulum
Ostro corona purpuraq;
Ad properet radiante cincta.

Exempla quæ consanguinea offerens
Claram Nepoti spondet adorem
Ad vmbilicum vt ter beatis
Auspicijs sua cœpta ducat.

En, Bauarorum sanguine Principum
Quondam Ioannes inclytus editus,
Qui, qua abnepos nunc vestietur,
Conspicuus fuit ante mitra,

En.

En, (heu fed altum Musa redulceras
Ingrata vulnus) nuper ad æthera
Translatus ERNESTVS recenti
Cœlituum venerandus ostro,
Huc se cum amico lumine conferunt,
Ope adstituri subsidiaria
Atq; in laboris partem ituri
Officijs aderunt gerundis.
Tu magne Præful, tu Patriæ Pater,
Septem virorum tu noua Principum
Fernande gloria, atque auitæ
Certa basis fidei, & columna.
Sacram auspicato fidere apud tuos
Fronti Tiaram imponito Bructeros,
Deo que felix sospitante
V Vestfalicas moderare terras.

Ioannes à Brabeck Sendensis.

Humanista.

TRINO.

THRENODIÆ AD DENECA-

LES REVERENDISSIMI P. M. ERNESTI, &c.

ferias, quibus

*Bavaria de Duce, Agrippina de Electore Archiepiscopo; Westfalia
de Antistite ac Patrono amisso collacrymantur.*

B A V A R I A.

EN, ceterarum magna parens ego
Eparchiarum, quas Hyperione
Natus, caput leuans Eo

Conspicit, Oceanoue merfus,

Quæ tot beato pignora semine

Enixa sacri fascibus imperj

Tot inclytos heroes armis,

Tot proceres genui Tiaris;

Quæ fama auitæ Religionis, &

Vero æuiterni floreo Numinis

Cultu fidelis, vecta semper

Non titubante Petri phaselo.

Afflicta luctu iam nimio, & malis

Succussa duris, squalida mœreo

Guttis que grandibus rigata

Deliceo gemebunda fletu.

D

Meis

Meis alumnus sub penetralibus
Olim educatus: sed meus haud diu
Septemuir Ernestus Guilhelmi
Boiugenum Ducis ille frater,
Ille Archipræsul morte truci occidit
Et candidata canitie grauem
Vitam resignans, luctuoso
Exiit occubitu senectam.
Ego indugressum limina floridæ
Primæuæ vitæ, sollicitudine
Industria foui, editumq;
Lacte alui niueo puellum.
Errante primum me pede pugio
Signauit, illi prima crepundia
Abblandienti præparauit,
Ambrosio gremio obstetricans.
Virtute claros saepe dedi DV CES
Vobis, sed omnes illacrumabiles
Conduntur: vnum hunc aristas
Post aliquot reducem morabar,
Qui succidentis tempora degeret

Felix

Felix senectæ, qui que malacia
Intransquieta constitutus
Occiduo frueretur auro;
Et FERDINANDVM fortibus æmulum
Ausis Nepotem, substitui pari
Antistitem fidecluentem
Ut geminam moderetur urbem.
Iam transdidi ambos: alterum amabili
Vsu fruentem lucis, at alterum
Hydope raptum: mortuum istum
Reddite, viuus enim negatur.

Bernardus Rottendorff Monasteriensis.

A G R I P P I N A.

Quid me querellis ex animas tuis
Tot in clytorum feminio Ducum
Clarata tellus, maximorum
Magna parens, genitrixque regum?
Non infitebor me quoque plurimis
Deiunctam alumno nominibus tuo,
Quod seculis feris loquentur
Facta meis celebrata fastis:

Toto excitatos cardine turbines
Coloniensi, prouidus aëre
Sereniori dissipauit
Restituens Vbijs quietem.
Ecclesiarum firma ruentium
Columna, molem sustinuit diu,
Indefatigatisque fulsit
Relligionem humeris labantem.
Nec præteriui tanta silentio
Ingrata cari munera Principis,
Sed Archipræsuli Tiaram
Imposuique, dedi que mithram;
Neq; infulatum destiti honoribus
Mactare summis, sustuli ad inclytum
Collegium Septemuirorum,
Im perijque caput creauit.
Sic gloriosi sanguinis indoles,
Sic expeditum rebus in arduis,
Multumque pollens consulendo
Præsulis ingenium iubebat:

Sed

Sed heu! fruisce noluit Atropos,
Vitale rumpens stamen, & impio
Auso incitata proferendum
Diffidit imperiosa filum.

Quod ergo restat, quod licet vnicum,
Exsanguie humemus corpus, & ossibus
Fletu parentantes, suprema
Exuuias decoremus vrna.

Franciscus Molanus Vordenfis.

VVESTFALIA.

Nondum expiatis sæpe cruoribus
Irisq; Pallas me furialibus
Exercuit: sæpe immerentem
Sanguinea quatefecit hasta:

Direpta turbæ sunt male Martiæ,
Iniuriolis præda cohortibus,
Per lustra plurima, & frementis
Iacta libidinibus Gradiui.

Refecta tandem ducere spiritus
Laxatiores sub Duce cœperam

ERNESTO, & affricta honorum
Vestfalico emaculare rugas.
Fulgente clarum vertice coeperam
Efferre conum, iamque micantia
Videbar astra flammilucum
Tangere mundi oculum æmulata.
Sed heu! maligni rebus in asperis
Lenocinantem numinis absida
Funesta quæ euenere vobis
Hæc eadem mihi contigerunt.
Exuta vobis Archiepiscopi
Lenimen essunt ossa, ego corpore
Orbata caro, tantum inanem
Constituo lacrimosa tumbam.
Et luctuosis non sine questibus,
Suspiriosis non sine nenijs,
De prædicandum præparato
Elogium hoc in arabo busto:

ERNESTVS ISTHOC MARMORE CONDITVR
SEPTENVIRORVM GLORIA PRINCIPVM,
DVCVMQVE LVMEN BAVARORVM,
ET PATRIAE PATER, AC PATRONVS.

Tu quem vniiformi Curia Flaminum
Et purpuratus voce Quiritium
Patrum senatus, destinavit
Officio PATRVI NEPOTEM.

Insisite eodem calle, nec orbitam
Clementis vnquam desere PATRVI,
Tibi que commissas fidei
Pastor oues moderare cura.

V Vernerus Oesthoff Monasteriensis.

T V M V L V S.

S Itibi Spartana saxum de rupe cauetur,
Si tegat Oebalius corpus inane lapis;
Aurea Dalmatico si lamina fusa met allo
Ossa superiecto velet honora solo;
Non ex obiecto poterit lucere sepulcro
Eximij Pietas relligiosa Ducis,
Atq; ita per totum Prudentia cognita mundum
Ægelida semper clausa latebit humo
Ergo ut de nitida virtus traluceat vrna,
E vitro tumulum, Dux, dico magne tibi.

VVEST-

VVESTFALIAE DE SERENIS-
simo Ferdinando gratissimo quon-
dam & acceptissimo hospite
Præfagium.

Tertius exactis iam ferme mensibus annus
Fluxit nostris, Sole fauente, plagis,
Quod Mimigardiacâ Patruû comitatus in urbem,
Dignatus letâ visere fronte fuit,
Præsulis eximio qui iam augustandus honore
Hucus allatum Pontificale venit:
Vidit, & obstupuit virtute Herois, & alta
Fndole magnanimi Westfalis ora Ducis;
Et desiderio suspirans dixit anhelò:
Ille meus Princeps, quando redibit, erit.

Petrus à Steenbergem.

IN

E SERENISSIMO
iffimo quoc
oholpite
n.
sibus annis
eplagis,
mitatus v
it,
us honore
it:
s; alta
a Ducis;
bit, erit.
bergen.

IN GENTILICIA REVE-
RENDISSIMI PRAESVLIS, ET SERENIS-
SIMI DVCIS SEPTENVIRI, &C.
INSIGNIA.



Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.

Proverb. 30.

*S*iluarum frustra Dominum, Regemq; minores

Oppugnant alie nobilitate feræ:

*N*on Gætula Tigris, non rapti foetibus Vrsa

*N*on Panthera illum vincere sæua potest:

*S*olus it aduersum cristato vertice Gallus,

Et nemorum terret, voce strepente, ducem.

Oppugnant tot monstra tuum, Dux magne, Leonem

Africa quot nunquam prodigiosa tulit:

Hinc stipata palam Liuore, Calumnia frendet;

Hinc mouet occultis Hæresis arma dolis.

E

Eia,

*Eia age, nil fremitum leuium vere are ferarum,
Nemo Leoni illi, sat scio, gallus erit.*

Christophorus à Cloester.

SECUNDVM IN LEONEM.

Nemo prædæ auidum Boium putet esse Leonem,
Parcere subiectis nouit & ille feris.

Quid prædatorem metuis? nisi mente superba
Sanguinolentacias prælia, lenis erit.

Se rigidum inflatis, summissis præbet amicum,
Hi quod ament, illi quod vereantur habent:

Non aliena unquam tamen arrosisse, nec ulli
Exstimulante cibum præripuisse fame,

Panis inabsumptus, nec adhuc auido ore comestus
In Gentilicio stemmate, testis erit.

TERTIVM IN EVNDEM.

SI Leo necdum esset duodena relatus in astra,
Iste referri esset dignus in astra Leo.

Ioannes Menge Sufatensis.

DIALOGVS POETÆ ET
Leonis Bauarici.

Poët. Dic age, magne Leo, villis funeste pilosis
Quo fului cecidit tergoris ille nit or?

Quis rutilas color ille comas atrore not auit?
Vnde aspersa tuis tanta nigredo iubis?

Leo. Occidit ERNESTVS Princeps meus, atq; sub um-
Hinc insperato funere raptus ijt. (bràs

Accirco indignam fati lacrymantia sortem
Omnia defuncto compatiuntur hero.

His ego iure mei socians consortia planctus
Luctifico exuuias muto colore meas.

Poët. Nullane ve grandis superest medicina doloris?
Nulla tibi lacrymas eximet hasce dies?

Leo. Cum Mimigardiacam veniet FERNANDVS
Vt nitidas obeat sacra Tiaracomas, (in urbem

Inter honorantis communia gaudia vulgi
Atrata exutus vellera, fuluus ero.

In bicolores Insignium Bauaricorum rhombos, quos alij
panes, alij Sagorum segmina assecuerant.

Historici Boie scrutati insignia gentis

De rhombis nequeunt certa probare tuis:

Par s panes ait esse, rata hanc panum esse figuram,

Segmina de vario pars ait esse sago:

Nam duplici indutos cblamyde, & bicoloribus armis

Boiugenum affirmant belligerasse Duces.

Si sit panis, oues Christi, Dux inclyte, pasces:

Si sago, nudorum corpora veste teges.

^{2.}
Non metue esuriem tui sub Principe, felix
Bructere, pallentem non vereare famem.

Præsulis hæc natiua tui, ellum, insignia specta,
Panes, vnde suos pascere possit, habet.

^{3.}
Nonte, vana minans certamina, terret Enyo,
Cui nat ale dedit Pallas amica sagum.

In iuncturam Pedi & Ensis.

Et Pedito, & educto tua iuncta est Ense Tiara,
Vt quos forte Pedito non potes, Ense regas:

Scd

*Sed quate gremio fouit clementia leni
Vsurpare tuum se puto malle pedum.*

Casparus Menge Susatensis.

EPIGRAMMATA

Honor subditorum, amor Principis,

*Indoluit pulla nuper Germania veste
Ernesti filium dissecuisse Deas.*

*Fernandum patruī sed sceptrā capessere cernens,
Filius voluit sponte subesse pedo:*

Finiit ut potuit gemitus, sic ore locuta:

Reddidit vna dies, quod tulit vna dies.

*At tu lymp̄ha fugax, Bauari fac Principis omen,
Deferat ad quasuis nuncia fama plagas:*

*Si dubitas duce num melior pater, an Patre Dux sit
Quam Dux esse potest, tam Pater esse cupit:*

*In grege certat honos, certant in Principe amores
Quantus honor gregis est, tantus amor Ducis est.*

Ioannes VVittfeldt.

Proseuticon pro diutina Principis salute.

Fernandus Bauaræ corona gentis;

Fernandus Patriæ parens benignus;

Fernandus fidei lucerna prisca,
Fernandus Pietatis ara casta,
Tithoni videat Phrygis senectam
Exæquetq; senis triseclis annos,
Non mortis violenta vis cruenta,
Non vires chalybis potentiores,
Non martis rabies ferocientis;
Non Clothus fremitus colum trahentis
Possint exanimare Ferdinandum:
Sed viuat Bauaræ corona gentis
Sed viuat Patriæ parens benignus
Viuat V Vestphaliæ columna, **VIVAT.**

Ioannes Vagedes Monast.

AD PARCAM.

A Rbitraque vitæ detexit stamina Parca
Iam plenam cupiens deglomerare colum,
Augustas obijt in isto truculentior aulas,
Demisitq; citæ corpora multa neci:
Cum reliquis grauidum meritis amissq; Dynastam
Ernestum inueniens, vltima fila fudit:

Sed

Sed amen in signem virtutem animumq̄ virilem,
Et tanti expendens maxima facta Ducis,
Spirans lacrymasq̄ dedit, fusumq̄ remisit,
Nec falso est magnum fassa rubore scelus;
Sed quia factorum series immobilis hæret,
Nec status iste vlla flectitur ordo prece:
Ne soli intentans effœt æ inimica senectæ
Spicula, fallatur, pauca monebo Deam.
Ne Fernandi adeat Ducis alta palatia, ne fors
Virtutem aspiciens iudicet esse senem.

Ioannes Henricus Modersohn.

FERDINANDVS BAVARVS ET ELECTVS ET
Creatus Monasterij Episcopus.

ANAGRAMMA.

Ente beat virtus res vna placens Deo, ut rectus fidei
scopus amaris.

NAtiua specie ferire posset,
Si virtus animi nitens recessus;
Tali percuteret nitore mentes,
Quali Leucothoës potens decore
Titan Cornipedes poli iugales

Lustrat,

Lustrat, dum croceo caput fluento
Pictum gyri sequis per astra frenis,
Per coeli superas vias pererrat:
Nunc Fernande plagas nitore tali
Reples Boiugenum, recensque Titan
Virtutum radijs iubar reducis,
Cum pacis meliore luce natum.

EN VIRTVS PIA TE BEAT, facitque
VT RES VNA DEO PLACENS AMERIS.
TU RECTVS FIDEI SCOPVS VETUSTÆ
Natiua specie potes ferire.

Vernerus Hoyering.

Hæreditas tua præclara tibi,

Te Patruus regno, Ludgerus dogmate, Eualdus
Exemplo donat. Carolus ense suo.

CORRELATIVVM.

Dux, Præsul, Princeps, propugnat, dirigit, ornat
Gentem, homines, sceptrum robore, lege, fide.

Bernardus Leisting. embriensis

*Dux pro pugnat gentem robore:
Præsul dirigit homines lege:*

Princeps ornat sceptrum fide

DE

DE GLORIA SERENISSIMI
PRINCIPIS EX VARIETATE GENTIVM,
quæ illum sibi depoposcerunt.

Sicut mæonida sibi Funera smyrna poposci T
Ardenti tumultâda prEce & fEruentetumult V:
Lege pari teuRcri salamis Ruituraque certa T
Vrbs chios, & Diuo colophon Ditata triumph O
Sic vbij, Hildesum, & mimmIgroda utile calcaR
PrensaNdi meruere tui, & padeborNa celebri S
Ardet, Auët teEburrones: quinVvestphAala cornV
Terra potente Nouat iucunda epiNicia metr O
Rectius hinc lauDestibi ferDinande canentu R
Inter & heroâs renoVans Victoria curs V
ÆTERNANTE pedeScelebrabit in orbe triüphum

Ernestus à Scheluer
Monasteriensis.

Salus patria pulor suorum Ferdinandus

F De

DE DIVERSO CARMINVM HORVM TYPO
AD SERENISSIMVM FERDINANDVM
EPISCOPVM MONAST.

Magna perennantis, Fernande, encomia laudis
Magnificis pinxit Chalcographa typis.

CURSIVIS Epicos magnis descripsit honores,
In Lyrico ANTIQVIS grandibus vsa fuit;

Distinxit pulcris titulos CAPITALIBVS omnes
Qui me progenuit, Bibliopola, parens.

Illis dignus eras, qui laudabâre, figuris,

Dignus honore TVBÆ, dignus honore LXXÆ.

Sed cum Principijs si crescat talibus ætas

Id quod ego, & mecum VVestfala terra vouet,

Maiori maiora typo miniat a videbis:

Nam T E non deerunt PRINCIPE, digna typis.

Nicolaus Ratsfeldius Monasteriensis.

ANAGRAMMATA.

FERDINANDVS DEI GRATIA ELECTVS

EPISCOPVS MONASTERIENSIS

Anagramma.

GAVDEANT MONASTERIENSES DE SVO

PRINCIPE EST FACILIS DVRS.

Ephoris Athenæ: Spartiatæ nomothetæ

Latentur Amyclæo; Quirinigenæ patrum

Trabeat aiaclent scepra: quo, tu Saxonum
Metropolis aurea, gloriabere Principe?
En FERDINANDVM Bauaro de traduce
Virtute patrum surculantem termitem,
Magnum instar in chytorum auorum, nobilem
Prosapie illustrissimæ propaginem,
Prudentiæq;, Lenitatisq; placidæ,
Puræq; ocellum castitatis aureum,
Paradigma viuum Cleri, amussimq;, omnium
Suorum amantem subditorum: GAUDEANT
Expectore MONASTERIENSES intimo
Suoq; DE PRINCIPE sibi quam plurimum
Congratulati terripauio mutuo
Salisubsulilætentur, & ducant choros.
Adamante quamuis rupeo præcordia
Veldurius caute rigeant Marpesia.
Nihil verere FERDINANDVM, Præsul EST
DVRS FACILIS: & mititate Episcopum
Regere satius est quam rigore subditos.

Dethmarus Menge Sufatensis.

FERDINANDVS DEI GRATIA EPISCOPVS
MONASTERIENSIS.

Anagramma.

FIDVS SERVATOR PACIS, NON SINET DI-
RIPI SEEDES MAGNAS.

SÆpe cruentorum succussat tumultibus ora
Westuala bellorum, & **M**artis rabientis erinny
Desolata, diu, prope siluescentibus aruis,
Bellonæ ingemuit furijs, pulsat aq̄ belli
Tempestate grauis, tam culta noualia nimbo
Prostituit latronum, halapant asq̄ omnibus agris
Prædonum irpicibus populantes ferre coacta
Mauorti occubuit: quid patrum munere partas
Nobilium sedes, veterumq̄ palatia auorum
Exæquat a solo, aut magnarum pegmata narrem
Arcium, in hostiles inopino chasmate rictus
Subsedisse, imoq̄ rutas fundamine turres?
O quoties viridem pro Palladis ægide ramum
Adverso bellorum hormo concussa poposcit?
Sed respirandi immani sub mole facultas
Nulla fuit: nullus tantæ anæ redhostiet vnquam
Facturam vindex? nunquam pacalis oliua

*F*nnostris florebit agris? nunquam aurea pacis
Tempora tranquillo gignet Concordia nexu?
Sed quid ego hæc memoro nec quicquã, ingrata relatu?
Qui funestum inter communi a gaudia lessum
Occino? Boiugenũ genus alto à sanguine regum
Septemuir *FERNANDVS* adest assertor, ut omnes
Finiſti Harpyias, & pullos *Martis* inermet,
Alme *PACIS* erit *FIDVS* *SERVATOR*, ut illa
Monstra *Mimigrodas* sic defædantia mensas
Deplumata necet, vultusq; deartuet alis.
NON MAGNAS studio Proãuorũ & munere partas
DIRIP iab hoste *SINET* prædonumq; agmine *SEEDES*
Sed *Patrum* curis quæſita, tuebitur acri
Amisũ irrequies. ita *Celi* sternuit omen.

Othmarus Menge.

**FERDINANDVS DEI GRATIA ELECTVS
EPISCOPVS MONASTERIENSIS**

Anagramma.

**SAPIENTER IMPERAS, DONAS EGENTI,
NOCVIS DVRS, CASTE FIDELIS.**

GAMELIA.

Septemuirorum gloria
Electo-Archipræsul,

Dux cretus illustrissima
E stirpe Bauarorum,
Init beata Coniugæ
Iam iura nuptialis:
Dat arrhabonem Ecclesia,
Dat splendidam Tiaram,
Pictumque gemmis anulum
Hymen vt hic perennet.
Pedum dat, & Regalia,
Dat Pallium, dat illa
Quæ nouit Archipræsulem.
Decere FERDINANDVM:
Quid TE tamen præ ceteris
Amore deperiuit?
Quas conspicata est clarius
In te nitere dotes?
SAPIENTER illis IMPERAS,
Quibus esse præstitutum
Te subditis Episcopum
Sua approbârat orca.

DONAS EGENTI pauperi
Manuque liberali
Opes benignus erogas
Sacra anchora indigorum.

Si perduelles impio
Coniurio allaborent,

Ecclesiam conuellere

Obniteris furori,

NOCVISQUE DVRVS, fortiter

Atrociam retundis.

Et cum tuam per federa
Semel fidem obligasti,

CASTE FIDELIS, permanes,

Deique purpuratam

Sponsam profuso sanguine

Viriliter tueris.

Iöbeatis nuptijs

Latere FERDINANDE,

Et ne pudendis fordibus

Contaminetur vnquam

Ne

Ne perfidorum dogmatis
Aut hæresis venenò
Intoxicetur liuidò
Industriè caucto.

Io Beatis nuptijs.

Lætare FERDINANDE.

Bernardus Kerckering & Ioannes Zv visaler.

FERDINANDVS. EPISCOPVS MO-
NASTERIENSIS

ANAGRAMMA.

AN ADSPICIS NV MEN? SORS DEI SIN V FERT O PES.

PRæsul, Apostolico quem clarat syrmat e munnus,

Lemniscisq; ornat vitt a decora sacris:

Quam tibi diribitrix conamine Gloria prono,

Quam fauit niueis fausta tabella notis?

De cælo seruauit Honor, non falsus Haruspex

Quando tibi fasces detulit urna tuos:

Adnuit è summo Cistellæ Numen olympo,

Et Virtus albas est venerat a fabas.

Sursum attolle oculos, præsens AN ab æthere NV MEN

ADSPICIS? an cæli vulgus adesse vides?

Æterni

*Æterni SORS illa D E I est, non auspiciis omen
Que SIN V O P E S tãtas FERT locuplete tibi.
Fam sortem insite or cæcam; iam lumine cassam
Fortunam in dubia pernego stare rota:
Centoculo quoniam reuera oculatior Argo
T E dignum esse P edo, quando videbat, erat.*

Bernardus Sickman Monast.

EX CAMPIS ELYSIIS

Vernas cœli delicias

REVERENDISSIMO ANTISTI ET SERENISS. DVCI

F E R D I N A N D O

D. D. D.

S. ANNO ARCHIEPISCOPIVS COLONIENSIS.

LILIVM INTEGRITATIS ET SANCTIMONIAE.

QVem supremus in orbe Christiano
Flamen, Pallio & Infula sacrauit;
Quem Regalibus auxit Imperator;
Quem natalibus inclytis, & alta
Patrum nobilitate diuitavit
Illustrissima Bauarorum origo;
Quem Prudentia & Æquitas coronis
Ambiuere suis, & omnium expers

G

Casti-

Castimonia, sordium, beavit
Illi prodromus Archipræfulum ANNO
Vbiorum ego, LILIVM PVDORIS
Præfuli, DICO, CONSECRŌq; casto,
Delinquentia nulla quod lutosis
Impuret maculis; atrocienti
Quod nō imbricitor procellat vnquam
Luxus, impete, sed quod æuiterno
Firmum caudice, candidis strietur
Scaporum folijs, & innocenti
Flore, ad ipsa cacuminetur astra.

*Andreas Clepping & Georgius Clepping
fratres Germani.*

S. LAMBERTVS LEODIENSIS ANTISTES.

IVSTITIAE ET AEQVITATIS HELIOTROPIVM.

Non imus Clytien ego hortulanus
In cœlis, zepherytidos beatæ,
DICO ADDICO tibi ruboretinctam
Et ferrugine pallidam remista:
Esto SOLISEQVA, æquitatis alium
Indetorta acie jubar sequare:
Illum mundi oculum fac irreflexis

Obfer-

Obferues cilijs, ne ad emicantes
Caliges radios, reuerberatis
Hirquis ex oculandus, & profundo
Mergendus fluuio: negotiorum
Hic, fit tessera, Phoebus, hic amuffis:
Nunquã vara ea norma, curua nunquam
Nunquam fidere lippies sub illo.
Non te fauitiã rigor seuerã,
Nontediffimulatio, nec vlla
Disceptatio controuersiarum,
Iustã flectat ab orbita equitatis:
Nec si vita tibi periculosa
Exponenda sit a leã, vel vnguem
Latum tramite demouere ab illo.
En me exemplar habes, quod æmuleris.

*Henricus à Brabeck & Philippus Geor-
gius à Schorlemer.*

S. LVDGERVS MONAST. PRAESVL.

PIETATIS ERGA SVOS ET DIVINI AMORIS
ROSAM.

NON ex Æmonijs decora tempe
Dono munera Chloridis, nec illos

Quos Pæstum bifero fatos roseto
Auctumnat gemino decore flores:
Sed quas Cæligenæ in suis Viretis
Plantauere rofas, amoris erga
Æternum Deum, ouesq̄, DO, DICO QVE:
Si sit sanguine purpuranda tellus
Pro Christi grege, pro fide, atque lege
His rosis & amore fretus illo,
Vltro effundito prodigus cruorem:
Sic ego tuus antecessor olim
Diuini stimulis amoris actus,
Vitam prostituisse preparatus
Pro virtute fui, quod ante Christus
Funesta trabe funeratus, omnes
Æmulos docuit suos futuros.
TV si vel furor impius malorum
Vel latè improbitas vagata cogat,
Vestiga pcedesubsequa antegressos,
PRO CHRISTO OCCVBVISSE, AMASSE VITAM EST.

*Walterus Philippus ab Ensen & Ioannes
Henricus VVeidenfeldt.*

VOTVM PRO PRINCIPIS
INCOLVMITATE, SOSPITATE.

ARbiter mundi DEVS vtriusque
Siue quem sanctæ sine molementes

Incolunt cæli volucres, & auræ

Simplicis ignes,

Phœbus aurata face quem colorat

Lucido spargens iubar vniuerso;

Noctilucanis vaga quem serenat

Delia stellis;

Siue quem cura genus inquieta,

Verfat humanum, noua quem malorum

Excipit semper facies, & atro

Nubilat imbre;

Perpeti circum cui motione

Acta cœlorum famulantur astra

Et cui pictum radiante seruit

A plane sphaera:

Fronte qui totam vigilace terram

Inquies lustras obiens, & acri

Pupula fibras penitas, & ima
Entera cernis.

Fusa qui leni bibis aure vota
Ecce prostratus tibi supplicantum
More prouoluor, genibusque pronus
Accido flexis.

Vt tua serues ope fospitale
Numen, aeterna tibi FERDINANDVM
Lege deuinctum, faucasque tanto
Dexter honori.

Alma pax terris redeat sub illo
Præsule, exesto scelus, & quietum
Tempus aspiret posita cruenti
Cuspide belli.

Siue subducat iubar vmbra cœlo,
Seu diem flamæ radient Eoæ,
Patriæ intendat Pater in suorum
Commoda mentem.

Cœlitum Rector tibi FERDINANDVM
Transdo: defensum dato, ne vacillans

Vspiam

Vspiam rerum dubio suarum
Fluctuet æstu.

Sic vaporato tua templa ture
Mercis exhalent Nabathææ odores,
Tinnuloque alta resonent in æde
Pectine chordæ.

Sic tuum cœli super astra nomen,
Orbe quot degunt in vtroque gentes,
Ad futurorum vaga seculorum
Secula tollant.

Sed venenato quia mors sagittat
Ac lides neruo, remoramque fas est
Nemini tardam semel euolanti ad-
figere vitæ

Morte denatum, Deus alme, sera
In Palimpsestum referas piorum
Præfulum, & vita meliore lætum
Assere cœlo.

Vt

Vt tibi voti rea nuncupati
Vestfalis cippum statuatur perennem
Sospitatori plaga, & hoc in auro
Lemmata sculpat.

DEO OPT. MAXIMO.
VVESTFALIA VOTI DAMNAS.

P. P.

*Rutgerus & Theodorus Torck à Vorhelm
fratres Germani.*

SALVTATIONES.

*Q*uis nouus hic nostris successit sedibus hospes
Arcanum tremulo qui vibrat ore iubar?
Cuius inardescunt radio flagrante capilli,
Cuius honorato lumine fulget apex?
Quem noua maiestas reuerendo augustat honore,
In cuius virtus ignea fronte nitet?
Quem circum innumeri comites glomerantur ouantes
Et clari antiqua nobilitate viri?
Cuius ad occursum resonanti vrbs excita plausu
Omnia percursans compita, dicit Iô?

Cuius

erennem
uro

IMO.
NAS.

helm

ES.
bospes
ubar?

li,
?
t bonore,

erantur

aplayu
?

C

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

VELL
THEO
FERI
STR O
COLLEGIATÆ E
Dona (conventus ad S.
Iulianum) Capitu
A REV. AD
FRANCISCO
E SOCH
S THEOLOGIE DOCT
Francis
XVI. Junij 1681 MAR
S. THEOLO
COLONIA
Cafpita Loco, 68
Reputavit F
pendentem inter a
BONN
in Tuncorato Soc
Philosophia quâ H
Accepit Typis V